

## CONFUSIONE LINGUARVM.

97

quendam edit mollem, præcedente G, ut: gagna q<sup>s</sup>, ganja, lucratus est.

III. Immobile, in terriis personis pluralis numeri Indicativi, desinentibus in E fœmininum cunctum, tunc N semper quiescit, ut: aymen, q<sup>s</sup> raymet, amant.

### P.

112. P. Hoc movetur & quiescit.

113. Movetur, & in principio, & in fine dictionis, extra Orationis seriem.)

114. In Principio, ut: pere pater, prester mutuo dare.

115. In fine, in paucissimis, ut: Hip, Interjectio, quæ saltantis alacritatem indicat. Hop vero aliquem inclamantis & vetere voce jam obsoleta Hanap. Item cap promontoriū, coup ictus, beaucoup multum, sep vitis.

116. Quiescit: <sup>1.</sup> semper præcedens literam S vel T, ut: hanaps, ceps, temps, sept, compte promptus.

117. <sup>2.</sup> à nonnullis P scribitur inter E & U, ne E cum E U sequente confundatur, ut: ensepueli, sepelire. Melius tamen omittetur, quia aliás U posicium inter duas vocales, consonantis naturam induit, uti infra docebitur.

### Q.

118. Hæc Ubique & semper ut K Germanorum sonat.

119. Sunt autem hoc loco regulæ notandæ tres:

<sup>1.</sup> Nunquam absque U scribitur.

<sup>2.</sup> Nisi vocali aliqua adjuncta Q. U. nunquam absolvunt syllabam.

<sup>3.</sup> Nunquam præter unicum eoque, dictionē claudit.

N R. Li-